





Gospel for the Third Mass of Christmas


Tonus evangélii


D  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Iní-ti-um Sancti


 Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


I  -n princípi-o erat Verbum, et Verbum erat apud De-um, et De-us erat


 Verbum. Hoc erat in princípi-o apud De-um. Omni-a per ipsum facta sunt:

 et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vi-ta erat, et vi-ta

 erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ e-am non compre-

 hendé-runt. Fu-it homo missus a De-o, cu-i nomen erat Jo-ánnes. Hic venit

 in testimóni-um, ut testimóni-um perhibéret de lúmine, ut omnes cré-


 derent per il-lum. Non erat ille lux, sed ut testimóni-um perhibéret de lú-




mine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veni-éntem in hunc




mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus e-um




non cognó-vit. In própri-a venit, et su-i e-um non recepé-runt. Quotquot



autem recepérunt e-um, dedit e-is potestátem fí-li-os De-i fí-eri, his, qui



credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte car-



nis, neque ex voluntáte vi-ri, sed ex De-o na-ti sunt. (Hic genufléctitur)



Et Verbum caro factum est, et habi-távit in nobis: et vídimus glóri-am



ejus, glóri-am quasi Unigéni-ti a Patre, plenum grá-ti-æ et veri-tá-tis.